UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Cap. 1. De excellentia martyrii mortis & sanguinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

CAPUT I.

De excellentiâ Martyrij mortis & ſanguinis.

RES certiſſima eſt, in Sacrâ Scripturâ fundata, Divino Oraculo approbata, nec non SS. Patrum authoritate & doctrinâ probata & confirmata, ſummam omnium gratiarum, quas in hac vitâ anima quædam ab infinitâ Dei liberalitate recipere poſſit, eſſe gratiam Martyrij, quo quis profundit vitam & ſanguinem pro Chriſto: *Nihil pretioſius*, inquit D. Auguſtinus, *quam mori pro Chriſto*. Gratia hæc excedit gratias Apoſtolorum Doctorum & Evangeliſtarum, ait D. Chryſoſtomus: *Illuſtrius eſt pati pro Chriſto, quàm ſivè Apoſtolum, ſivè Doctorem, ſivè Evangeliſtam eſſe.* Non eſt inferior hæc dignitas & excellentia ipſa Beatorum in cœlis gloriâ, reſumit idem Auguſtinus. undè
dilatio gloriæ *in Enoch & Eliâ compenſabitur tolerando* S. *Aug.*
Martyrium.

Imò præcellit & ſuperat illam ex mente & opinione D. Chryſoſtomi: *Potiùs mihi habet, malè affici pro*
Chriſto; quàm honorari à Chriſto. Non eſt ideò bonum S. *Chryſoſt.*
pro Chriſto ligari, quod indè Regnum cœlorum acquiritur; ſed ideò bonum, quod pro Chriſto fit. Non ideò beata prædico vincula, quod in cœlum deſtinant ligatum; ſed quod pro cœli Domino feruntur.

Ratio eſt, quia, ut docet Angelicus, *eſt actus ma-*
ximæ perfectionis: quia maximæ charitatis (ſecundum 2. 2 *q.* 1. *a.* 3.
illud Ioannis: Majorem dilectionem nemo habet, *Ioan.* 15
ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis) quia S *Tho. ubi*
pro Chriſto contemnit propriam vitam, quam maxi- *ſup.*
mè amat; eligit mortem, quam maximè odit. Et quamvis charitas unius Confeſſoris dici poſſit major charitate unius Martyris: id intelligendum eſt juxta eundem S. Doctorem, *ex parte actus, non ex parte operis*: majus enim opus eſſe nequit, quàm propriam dare vitam pro Chriſto. Hoc eſt fundamentum, cui innititur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

admirabile illud Martyrij privilegium, quod *ex opere operato* remittat totam culpam & pœnam, ve[...] ſmus: Siquidem talis eſt nobilitas & dignitas i[...] quo quis profundit vitam & ſanguinem pro Chr[...] in virtute illius præter omne meritum perſona[...] tis (tametſi etiam ſit conſtituta in ſtatu peccat[...] tamen non habet affectum ad illud) *in ipſo actu* [...] *in ipſa morte in fieri, non in facto eſſe*, uti loquuntur [...] logi, Deus ipſi conferat gratiam, charitatem ac re[...] nem totius pœnæ æternæ & temporalis.

S. Th. in 4. d. 4 q 3. ar. 3. 10. 3. c. 6.

Ratio hujus privilegij eſt promiſſio Chriſti, [...] S. Auguſtinus: *Qui dixit: Niſi quis renatus fu[...] aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in Regnum c[...] dixit etiam: Qui confitetur me coram hominibus, [...] tebor ego eum coram Patre meo, & coram Angelis* [...] declarabo eum hæredem gloriæ meæ. Nam [...] ſmus habet hanc virtutem, quia eſt repræſentat[...] dam Paſſionis & Mortis Chriſti; multò magis [...] lam habebit Martyrium: cùm repræſentatio B[...] ſit myſtica & ſacramentalis: repræſentatio verò M[...] ſit realis.

S. Aug. de civ. 7.

Ultra hoc alia adſunt privilegia & prærogativ[...] prehenſæ in gratia Martyrij.

Prima prærogativa ex donum vivæ cujusdam [...] *per quam nobis viſibilia pro inviſibilibus contem[...] proponuntur, ut dicitur Hebr.* 11.

S Tho. 2. 2. 124. a. 4.

Secunda eſt donum fortitudinis *qua firmatur a[...] Martyris in bono juſtitiæ contra pericula mortis.*

Ibidem.

Tertia prærogativa eſt donum charitatis: quia [...] Martyrij licet ſit *elicitivè à fortitudine, imperati[...] charitate.* Unde ſemper Martyrium eſt cum chari[...] vel antecedente, vel conſequente, *aut eſt ex chari[...] aut ad charitatem.*

Quarta prærogativa eſt donum perfectionis. E[...] mediante illo actu, quo quis acceptat & patitur mor[...] pro Chriſto; qualiſcunque ſit etiam peccator & im[...] fectus, ſubitò, ut docet S Auguſtinus, *evadit perfect[...]*

S. T 2. 2. q 24. art 2. 3. p. q. 67. art. 12.

Quinta prærogativa eſt æquivalentia cum Bap[...] eundem enim habet effectum *ex opere operato*, uti [...] dictum fuit.

Sexta eſt ſupereminentia ad alias Baptiſmi ſpecies: ſiquidem juxta doctrinam S. Thomæ virtus cauſæ inſtrumentalis & principalis Paſſionis Chriſti, & Spiritus ſancti plus manifeſtatur & relucet *in Baptiſmo ſanguinis*, quàm *in Baptiſmo fluminis & flaminis*. Paſſio Chriſti demonſtratur in Baptiſmo aquæ *per figurationem*: in Baptiſmo contritionis *per affectionem*: in Baptiſmo ſanguinis *per imitationem*. Similiter virtus Spiritus ſancti operatur in Baptiſmo aquæ *per virtutem quandam latentem*: in Baptiſmo contritionis *per cordis commotionem*: in Baptiſmo ſanguinis *per potiſſimum actum dilectionis*. Præterea, ſecundum Damaſcenum, ſuperat alios Baptiſmos, quia ſolus Baptiſmus martyrij ſeu ſanguinis *ſecundis maculis non inquinatur*.

Damaſc. de fide.

Septima prærogativa eſt donum & præmium Aureolæ, *quæ eſt aliquid ſuperadditum Aureæ*. Aurea, quæ eſt præmium eſſentiale, *eſt gaudium de Deo*: Aureola, quæ eſt præmium accidentale, *eſt gaudium de opere, quod habet natura excellentis victoriæ*.

S. Tho. add. p. 1. q. 98. &c. 6.

Aureola Martyris nobilior eſt aureola Virginum & Doctorum: *quatenùs eſt ex majori pugnâ & nobiliori victoriâ*. Et ſicut Aurea principaliter eſt in anima, *& per redundantiam* in corpore; ita Aureola in anima *erit gaudium*, in corpore claritas redundans à gaudio. Gaudebunt & triumphabunt Sancti Martyres per totam æternitatem *ſe in obſequium Chriſti occiſos eſſe*, conformando ſe Agno occiſo *ab origine mundi*.

S. Th. cit. ſup. Apoc. 13.

Et cum Aureola recipient palmam, quæ *eſt ſuavis ad cibum, umbroſa ad requiem, honorabilis ad triumphum, ſemper virens, ſemper veſtita foliis, ſemper parata victoriæ. Atque ideò non marceſcit palma; quia Martyrum victoria non marceſcit, juxta illud: Iuſtus ut palma florebit.*

S. Ambr. Exod.

Pſal. 91.

Et hæc ſufficiant de excellentia & privilegiis Martyrij.